



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

Tit. 29. De Clerico per saltum promotio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

Episcopus cum eodem posse dispensare, ut postquam poenitentiam ad officium Diaconatus revertatur, non tamen ut ad majorem Ordinem promoveatur, Abbas in *d. c. 2.* eo argumento, quod Episcopus solum dispenset in casibus à Jure expressis; expressum autem sit, quod dispensare possit in beneficio & Diaconatu, non verò quoad promotionem ad altiorum Ordinem.

Sed quid si non Clericus Missam vel aliud sacrum ministerium celebret? Judicis arbitrio puniendus erit, ex quo hucusque nulla à sacris Canonibus imposta sit poena; ideo fortè, quod antiqui Patres non existimant laicos unquam eò temeritatis prorupturos, prout postmodum aliquando prorupisse compertum fuit.

An verò Clemens VIII, Constituit, *incip. Epi. aliis ann. 1601.* quam refert Piasc. 2. p. c. 4. art. 14. n. 12. decrevit, ut quisquis non Sacerdos Missam celebraverit vel confessionem Sacramentalem audiverit, ab Ecclesia abiciatur, & ab Ordinibus, quos habet, ritè degradatus curia seculari tradatur, debitis poenis plectendus. Ubi licet non comprehendatur sacerdos sine jurisdictione confessiones accipiens, nihilominus ob grave sacrilegium, quod non multum ab altero reatu abest, levere à arbitrio æqui Judicis puniendus est, Zyp. *h. e. Lopez in Addit. ad Bernardum Diaz cap. 12. in lit. c. ex Constitut. Pauli IV.*

Dist. 52. tota dist. 59. 60. & alii, si quis prætermissis Ordine inferiori superiorem suscipiat, v. g. Diaconatum & Subdiaconatum vel præbyteratum ante Diaconatum, collatio quidem tenebit, & character imprimetur, Abbas in *cap. unie. h. e.* sed per sententiam ei executio Ordinis interdicenda est, donec congruo tempore prætermittus suppleatur, & cum eo poenitentia imposita dispensetur, ut in Ordine suscepto ministret: quæ dispensatio fieri potest per Episcopum; quando non ministravit, ut patet ex Conc. Trid. *sess. 23. c. 14. De reform.* Idque non solum, si promotus fuerit per saltum, omisso aliquo sacrorum Ordinum, sed etiam omisso minoriibus aut uno eorum vel etiam omisso prima tonsura, juxta declarat Cardd. 1588. Notant tamen Dominicus, Præpositus & alii in *d. can. Sollicitudo*, quod si quis scienter se fecerit ordinari per saltum vel ambitionem vel superbiam, deponi omnino debeat, nec cum eo dispensari, vel non facile, & quidem per summum Pontificem, non per Episcopum, Host. *ad d. c. unie.*

TITULUS XXX.

De eo qui furtivè Ordinem suscepit.

1. Furtivè suscipere Ordinem quis dicatur.
2. Poena Ordinem furtivè suscipientis.
3. Examen ordinandorum omnino necessarium.

1. **A**liud delictum Clerici in suscipiendis Ordinibus traditur hoc Titul. dum scilicet furtivè Ordinem suscipit: quamvis cum quis per saltum promoveretur etiam furtivè promoveri dicatur. Furtivè suscipere Ordinem quis dicitur, dum clandestinè eum suscipit; quod fit variis modis. Primò, quando quis sine ordinatione & consensu Episcopi vel sine examine in multitudinem ordinandorum irrepit, *can. Quando Episcopi Distinct.* 24. *can. Extra conscientiam Distinctio.* 44. Secundò, quando admissus ad minores tantum Ordines, una & eadem die etiam Subdiaconatum

TITULUS XXIX.

De Clerico per saltum promot.

1. Quid sit per saltum promoveri & poena sic promoti.

Delinquunt præterea Clerici in Ordinibus suscipiendis, dum vel per saltum promoventur, vel Ordinem furtivè suscipiunt, nullaque differentia est inter non ordinatum & non ritè ordinatum, *arg. l. Quoties D. Qui satis dare cogantur.*

1. Cum igitur serie quadam & gradatim, non autem per saltum & ordine præpostero Ordines suscipiendi & conferendi sint, *can. Sollicitudo*